

Instituti Italici Classicorum Studiorum Professor Alexander Agus rectoribus illustribus et dominis dominaeque Angiolae Codacci-Pisanelli salutem.

die IV (ratione Italica) mensis Februarii, acta, quae modo legimus modo laudamus, de *Academia Vivarii Novi*, ludo litterarum sive paedagogio Tusculi sito qui sibi ipse nomen ‘humanitatis sedis omnium gentium’ tribuit, in lucem, Angiola Codacci-Pisanelli auctore ac favente, cum prodideritis, ut coram vobis ac vestris gratis lectoribus quaestionem quandam seriam ponamus cogimur atque impellimur.

Gaudemus quidem quod plurimis cordi sunt studia liberalia necnon omnia quae ad iuvenes educandos suppeditant; praecipue laetandum est quod haec hominum studium excitant ita ut digna videantur quae actis diurnis commendentur. Quin etiam ovandum est quotiescumque, sive magister sive sapiens, dummodo utramque calleat linguam et antiquos tueatur mores, maximos honores persequitur adipisciturque. Nam maiorum, quibus Europae patribus utimur, hereditas nec quoddam onus est umeris nostris debilibus graviter impositum, nec siccus fons ex quo faucibus clausis spiritum dicit qui sui ipse nescius sit. Verum hereditas ista, vitam longis in aevi erroribus dum degimus, parvula gaza est omnibus thesauris conferta, quos, hisce alimentis cum imbuatur erudiaturque animus humanus, ne amittamus magna cum diligentia curandum est. Quibus servatis, viri orientur fortes qui quid sentiant libere dicere audebunt. Quapropter id temporis doctissimus quisque civibus ut artes liberales sedule colantur neve prave neglegantur manibus pedibusque persuadere iuste enititur. Bonis enim viris nisi freta et innixa, civitas neque coalescere neque augeri poterit; ideo autem fiet haec urbs quasi artificium saevo ingenio et opere perfido munitum cuius officium cotidianum est cives cruciare et maleficiis afficere, quibus omnis rationis vis atque cuncta libertas, quibus res publica pollet vigetque, paenitus delentur.

Quorsum haec, quibus nemo se assentiri negabit, pertinent? Haud raro maximum impendet nobis periculum, quod identidem omnibus minatur, ne quis, dominandi libidine captus et sui ipsius modo amans et studiosus, omnium hominum, qui libertatis rationisque participes sunt, naturam opprimat atque conterat. Quamquam talia animo volvunt isti nequissimi et prae ceteris infidi, tamen numquam sententiam aperiunt suam: hi se sapientes et libertatis defensores profiteri malunt. Ceterum adeo sunt audaces ut, quasi viam ad gloriam ferentem monstrantes, civitatis beatioris atque novae humanitatis conditores consalutari velint. Itaque, ut humana societas in exercenda iustitia proficiat, summum uniuscuiusque viri probi officium est fraudis homines fallaces accusare atque ceteros cives falsis imaginibus liberare.

Nostris quidem temporibus munus suscepisse diurnarii egregii dicuntur ut, quasi in statione vel in praesidio vigilantes, quidquid minarum oriri temperi animadvertant magna que voce coram omnibus

in urbem nuntient. Ne quis verba nobis det atque illudat, diurnarii igitur, quam optime poterunt, res libere narrare studebunt eo consilio ut res honeste dictae vere actis aperte congruantur.

In Tusculano mirabilis locus amoenus, qui benevolentiam et amorem in hominum corde excitat, se videndum offert; ludus litterarius illic doctrina summa et sapientia exornatus magnifica per Villae Falconeriae conclavia et apricis in hortis se videndum offert; fratum sodalitium cui, ut litteris vacent, se iungunt adulescentuli, quippe qui caeco flagrent erga humanitatem amore, se videndum offert ibique sub eodem tecto laeti vivunt discipuli una cum magistris, quorum maximum natu patris loco habent: hi magistri, illecebris atque voluptatis emolumentis relictis, hac condicione ut vita admodum congruens esset orationi atque virtus sapientiaque florescerent, nullo fatigati labore, in se recessere. Ut plane patet, quicumque inter viros prudentes, haec cum spectaverit, studio et bonis consiliis, tamen interdum commenticiis, facile ardere poterit. Minime cogitantes de fontibus quos totum opus exhaustur, minime curantes de abditis fundamentis et columnis fortibus quibus aedificium sustinetur magnificentum, modo speciem et primam intuentes faciem, rei cuidam mirabili sponte et credimus et confidimus.

Quibus igitur auctoritatibus innititur tota res? Tusculum cum attigisset, non antequam Montellae per vicos transisset et prope Urbem versa esset, Neapolitano in sinu summo splendore praedito, coorta res haec est, parva et deserta in insula, Vivara quae vocatur, quo commigravit et sedem cepit suam vir quidam eruditissimus, litteris ratione viaque antiqua excultus¹.

Fuit hic Georgius Punzo. Cuius sub disciplina fuit, inde a prima iuventute, Aloisius Miraglia, qui tum magistri sectam, quae iam sunt fere plus quadraginta anni cum nata est, persecutus est. Punzo iste non modo rei physicae peritus, sicut vos bene docuistis, etiam vero philosophus fuit, cuius doctrina atque institutio libris quibusdam continentur qui, Neapoli editi, adhuc libenter in *Biblioteca Nazionale di Roma* legi possunt, ubi in pegmatis servantur sub titulo ‘pervertimenti sessuali’. Noster Punzo qualis animus humanus esset quove pacto amor in eo oriaretur tam acute quam mire tractavit.

Studiis de Brunetto Latini peractis, quem Dantes cum laudat tum obiurgat quod hunc cinaedum et mollem marem esse dicit, Punzo, quam lectis auditoribus verbis tradidit, doctrinam hanc enuntiavit: ‘olarrenismo’, ut ipsissimis eius utamur verbis.

¹ L'Accademia affonda le sue radici in un'esperienza assai formativa che alcuni dei suoi membri fondatori vissero negli anni '80 nel golfo di Napoli, sul verde e disabitato isolotto di Vivara, oggi Riserva Naturale dello Stato. Lì un anziano studioso di scienze naturali, profondo conoscitore delle discipline umanistiche, esortava i giovani a liberarsi dalla mentalità corrente, dal consumismo individualistico e dalla sete di onori e di guadagno per risvegliare l'infiachita coscienza morale e dedicarsi al miglioramento di sé stessi e degli altri attraverso il confronto con quanto di bello e nobile lo spirito umano ha nei secoli prodotto e scoperto. (<https://vivariumnovum.net/it/academy/history>)

Vocabulum enim hoc, Punzo ipse cum eius generis doctrinae nomen indiderit, apud nostri sermonis vel philosophiae lexica minime occurrit, at facilem in modum, dummodo, candide lector, vocabulorum originem spectes, dubitatio solvetur, ‘olarrenismo’ cum duobus constet vocabulis Graecis, quorum alterum ὄλος alterum vero ἄρρην est, id est *totus sive integer mas*. Iuxta huius sententiam, *olarrenicus*, ut aiunt, amor, voluptatis cupiditate dominandique libidine omnino cum careat, excelsus atque divinus est, nam, duae sunt causae cur talis sit *olarrenicus* amor: una, quod ne alter altero emolumenti vel voluptatis causa utatur curat; altera, quod ut vir, ferinitate posita, sibi, quo citius ad superos pateat via, humanitatem libidinosis neglectis voluptatibus induat efficit.

Verum nondum vocabuli et vis et ratio patet, neque apte et diserte *olarrenismum* istud definivimus, quod verba quae scripsimus ad quemlibet amorem convenire possunt. Quispam ergo interrogabit: “Quid de coniugio? Quid de amiciis?” Ut rectius dicamus neve pingui, ut aiunt, agamus Minerva, huc adde quod *olarrenicus* amor divinus est quoniam huius caritatis quaeque mulier expers est². Hic Punzo quid de femina sentiat dicendum erit.

Mulier nullo modo haberi debet tamquam quivis homo qui aliquid agere potest. At, femina modo pati neque quidquid roboris offerre sed tantum vim alienam accipere et haurire potest. Mulier non per se est sed natura fit ut ea alterius hominis gratia, id est viri, solum et vivat et sit³. Nihil aliud agit vir, quasi fera esset, nisi feminae opera, voluptatis causa⁴, utitur. Hic vir, in compedibus corporis ferina libidine et coniunctionis appetitu⁵ captus cum vinciatur, e corpore tamquam e carcere ad deos evolare non potest, quoniam a femina ut oculos humi demittat neu ad caelum tollat cogitur. Vir, quasi in vinculis iacens, cum se in libertatem vindicare non possit, dominandi libidini neque rationi servit vitamque pronus transit. Quod nisi feminae cupidine exardesceret vir, sui compos esset.

Omnia haec illud constituunt *olarrenismum* quod vocatur: excelsus amor et divinus quo summi viri et absoluti inter se iunguntur. Quo magis hoc ardent amore, eo magis, quo simillimos se faciant dis (lege Dantem, If XVI 85), sibi ferinitatem, tamquam sordidam vestem, exunt.

Nunc, sin autem aliquis haec calumniari voluerit quod odiosa sonent verba et quia in feminas exerceant odium, intellegemeremus. Eadem, mirum in modum, viris qui mares neque feminas diligunt vel odiosissima sunt. Punzo huius sententia fert ut amor qui inter mares colatur viri nomine

² «L'amore tra maschio e femmina infatti [...] si alimenta delle due note complementari del desiderio di usufruizione e dell'offerta: tale è la dinamica di qualunque impulso erotico eteropolare». (*Prolegomeni*, p. 159)

³ «La mancavolezza femminile è nel più profondo piano essenziale, e consiste nel fatto che, mentre l'uomo semplicemente è, la donna è *per*: come la spada è e il fodero è per la spada, tanto che la spada senza il fodero ha un senso, ma il fodero senza la spada non significa più nulla». (*Prolegomeni*, pp. 155-6)

⁴ Sribit Punzo: «la donna è attratta dall'uomo come da ciò per cui essa è stata fatta ed esplica quindi un amore-offerta rivolto alla soddisfazione del maschio». (*Prolegomeni*, p. 153)

⁵ Docet Punzo virum in re venerea agere «usufruizione», at mulierem praecipue operam esse «offerta d'uso» qua vir fruatur (cfr. *Prolegomeni*, pp. 151-2).

indignissimus sit: non solum quia eadem libidine et vi hi capiuntur amantes atque vir cum femina, etiam vero quod hoc commercium leve quoddam et effeminatum esse dicitur⁶.

Hic ergo in manus denuo veteris magistri et eorum, qui eum sectant, orationis filum, facilius dictu quam factu, nobis sumendum est. Nam *olarrenismum* ad marium vinculum, quod dedecus maximum est, minime spectat, at tota eius vis in adulescente venerando sive in pueri cultu ponitur⁷. Punzo dicit debere *olarrenicos* viros: «in età più matura di chiarire dinnanzi alla propria coscienza la loro reale condizione psicologica di virile entusiasmo erotico per la virile giovinezza rivitalizzante. Sul pilastro di questa chiara visione del proprio intimo [...] può finalmente fiorire il meglio dell'olarrenismo: l'amore-culto cioè dell'adulto per il giovane» (*Prolegomeni*, p. 166).

Iuxta veteris paedagogi sententiam, ut vir ferinitatem ponat atque ad superos celer vadat, *olarrenicum* commercium candidissimum atque aptissimum est inter magistrum adulta aetate et iuvenem discipulum. Inde sequitur *olarrenismum* «non possa assumere altre sembianze se non quelle di una generosa, impegnativa e feconda dedizione al miglioramento spirituale dell'amato. È perciò proprio il “pedagogismo” che impone, da un punto di vista psicologico, una valutazione positiva dell'erotismo olarrenico» (*Prolegomeni*, p. 167). Quibus auditis, vinculum illud *olarrenicum*, quo devinciuntur magister discipulusque, non solum e pueri cultu et veneratione effici, quibus adiutus adulescentuli animus, falsis oblectamentis purgatus, ad sublimiora accedere possit, verum etiam, hac in vita quoad sint, re corporea egere nequire, in luce solis appareat, nam «l'amore culto [...] implica nelle sue realizzazioni contingenti la comunione degli amanti, non esclusa quella corporea» (*Prolegomeni*, p. 162)⁸.

Vivaram cum pervenisset, Punzo non solum omnia animantia arboresque et flores tuebatur, etiam vero, impensa sua, in societatem iuvenes recipiebat atque, ut eadem in domo hos edoceret, alebat. Quos adulescentes humanitate et prudentia facile superabat Aloisius Miraglia. Iam magister ille aetate

⁶ Exempli gratia, legantur haec: «già nelle movenze gli individui pseudandrici rivelano tratti femminei, specialmente nel gestire, nell'andatura, nel modo di aggiustarsi gli abiti e i capelli [...] né diverse da quelle delle donne sono le loro capacità intellettuali e i loro interessi [...] Le attività professionali più adatte alla complessione psichica degli individui pseudandrici sono, per i ceti meno colti, quelle di cameriere, barbiere, sarto, eccetera; e, per i ceti più evoluti, quelle in connessione con la moda femminile, la scenografia, la coreografia, eccetera. Un incredibile maestria mostrano poi gli pseudandrici in tutto ciò che concerne il costume e l'arredamento domestico. Spesso gli individui pseudandrici soddisfano la loro tendenza al femmineo col vestirsi da donna [...]. Nella setta degli “omosessuali” essi rappresentano il nucleo principale [...]. Scambievolmente si chiamano con nomi da donna, e con gli appellativi comuni di ‘checche’ o di ‘zie’». (*Prolegomeni*, pp. 105-6)

⁷ «Il soggetto olarrenico sembra inflessibilmente orientato verso il ragazzo nel suo massimo fiorire, tanto che, da fanciullo ama il maggiore, da ragazzo il coetaneo, e da adulto il più giovane, come l'esperienza mi ha più di una volta dimostrato». (*Prolegomeni*, p. 165)

⁸ Legas, quaeso: «per quanto vicino ad un puro culto, un amore fra esseri contingenti sarà sempre necessariamente gravato da momenti di desiderio e sua soddisfazione [...] ora, tra esseri corporei, la partecipazione è resa sempre nell'immagine di un contatto e di un fisicamente comunicare; non rimane perciò estranea ad un amore-culto una vera esigenza di contatto corporeo e comunicazione integrale, che fa assumere anche a questo Amore per antonomasia le caratteristiche esteriori di ciò che comunemente è chiamato amore». (*Prolegomeni*, pp. 161-2)

propector cum esset, Miraglia, vestigia eius premens atque iustitiae facem alens, impedivit quominus a Punzo sapientiae profusum semen aridum in campum incidisset, itaque opus augere perrexit: nam ludus ille nomine *Academia Vivari Novi* ortus est, ubi industrios pueros et probos, ex toto terrarum orbe oriundos, sive divites sive pauperes, sive summo sive infimo loco natos, hospitio Miraglia magister, nulla mercede soluta, excipit et litteras docet, dum, cum minimi, discipuli sedecim, cum maximi, quattuor et viginti sint annorum, ut lex academica fert⁹.

Singulare hoc facinus dum spectamus, quoniam Miraglia, ut vos scripsistis, plane de *Vivario Novo* affirmat: “è un omaggio alla mia esperienza a Vivara”, ipso nomine teste, animum huc illuc versantes, quibus viis et rationibus doctrinae illae antiquae de feminis spernendis et de pueris deamandis vetustate et nova sapientia aboleverint nescimus interrogamusque Aloisium Miraglia.

Dubitazione hac aestuentes, cum omnibus veritatis munus vel officium illud, de quo supra diximus, sit, ne facies illa Tuscolana evanescat monendum est; tum ne iuvenes, mirabilia consilia sequentes, decipientur curandum est. Primum, sunt durae contubernii leges sed iustae et hospitium adumbrati patris liberale, deinde mos cum sit ut iuvenes, qui ut humanitas et litterae colantur atque in meliorem restituantur faciem quasi iacturam faciunt sui et magna spectant, a societate humana discedant, repente et inopinanter fieri potest ut tota res litterarum suam mutet formam in artificium quod reverentiam adolescentibus iniciat adeo ut, rationis et libertatis prope oblii, circumstantiis ii nimis servire videantur.

Haec memorare ausi sumus, quod *Academia Vivari Novi*, ut vos scribitis, non solum pecuniam accipit publicam¹⁰, sed etiam rei publicae aedes magnificas et summo splendore ornatas occupat.

Humanitas minime habenda est velut doctrina quaedam obscura cuius aditus omnibus, praeter paucissimos quasi numine deorum lectos, intercludatur; cumulatum enim ampliore humanitate bonum virum evadit ille qui ut oratio vitae conveniens sit honeste sapienterque efficit; vir hic nobilis non tantum sapientia sua subsidio omnium hominum rationi venit, etiam vero eorum libertatem fortiter atque decore custodit: omnia haec humanitatem colere sibi volunt.

Valete.

⁹ <https://vivariumnovum.net/it/news/announcement-of-scholarships-2019-20>

¹⁰ https://www.senato.it/japp/bgt/showdoc/17/DOSSIER/0/1064053/index.html?part=dossier_dossier1-sezione_sezione12-h2_h2157 et
<http://documenti.camera.it/leg18/dossier/pdf/D19162c.pdf>